



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

219. Quidam Sacerdos post offertorium reposuit Pyxidem in Tabernaculo
plena[m] particulis, & clauso Tabernaculo, postea tempore
co[n]secrationis habuit, actuale[m] intentionem dictas particulas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

130 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

art. 2. n. 3. absolutè docui supradictas particulas non esse consecratas; licet adduxerim pro contraria sententia Tannerum, qui tamen cum formidine loquitur. Verum modò non desinam hic adnotare Ioann. Prepositum in 3. p. D. Thom. quæst. 7. art. 2. dnb. 3. n. 19. affirmatiuam sententiam absolute tamquam probabilem docere, quia, ait ille. Sacerdos qui aduerit reponi formulam vnam, vel plures, ut eas simul cum principali consecreret, habet voluntatem consecrandi; dicens tamen prius eas decenter collocare supra Corporale, ita ut respectu illarum formularum non tantum habeat actum qui explicatur, per *volum consecrare*, & sit solùm voluntas volendi, sed haber eum, qui explicatur per *volo*, & est præsens voluntas consecrationis futurae; ex qua voluntate etiam in futurum procedit in Sacro. Nec eliditur ea voluntas ex eo, quod ex naturali inaduentia non repuleretur super Corporale huiusmodi formulam ante consecrationem. Vnde communiter excusat à peccato, eo quod inculpatè omittat formulas ante consecrationem super Corporale reponere, & verè consecrare, quia non obstante naturali inaduentia eius, quod facere debuerat, manet virtualis intentio has formulæ consecrandi. Hæc Præpositus ubi *supra*. Cuius sententiam licet ego, ut dixi, contrariam teneam, non tamen tamquam improbabilem audio dannare.

4. Advertendum est etiam hic obiter cum Præposito num. 14. Mercero loco citato, & aliis communiter, quod si Sacerdos, qui ante se haber duas hostias, putat se vnicam habere, & intendat vnam consecrare, nihil determinando, utramque futuram consecratam; idem dicendum de particulis; quod est valde notandum ad tollendos scrupulos.

RESOL. CCXIX.

Quidam Sacerdos post Offertorium reposuit Pixidem in Tabernaculo plenam particulis, & clauso Tabernaculo postea tempore consecrationis habuit attulam intentionem, d'Elas particulas consecrandi, queritur, an re vera consecrata remanerint?

Et deducitur, an Sacerdos cæsus posse consecrare Hostiam ante se positam, quam nullo sensu perciperet?

Et an panis in arca, & vnum in dolio apposita, validè consecrentur, modo existant coram Sacerdote, si ipse omnem materiam consecrabilem sibi moraliter presentem consecrare intenderet?

Et an validè consecretur à Sacerdoce Hostia, qua sit post parietem?

Et an, si in Altari ponatur Pixis argentea cum particulis regmine lineo oclusa; vel si in arca claudatur scilla panis plena, nomine erunt particula illa, vel panis materia consecrabilis?

Et an particula apposita sub Mappa Altaris, vel sub Corporali, vel Missali, valide consecrentur.

Et quid est faciendum in supradictis casibus, si contingat facti in præxi? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 7.

Sup. hoc supra in Ref. 199. §. vlt. & infra in Ref. seq. lege §. Qui etiam.

§. I. **H**ic casus nouissimum in facti contingentia, accedit, & pro parte affirmatiuam posset quis dicere: Primi, pronomen, *hoc*, non semper significat rem aliquam realiter praesentem: nam à Dialeticis sapientum ad significandam rem, quam solo intellectu singimus praesentem: ergo ad veritatem formæ non est necessaria realis materiæ praesentia. Secundi, si materia deberet esse praesens celebranti, hoc idem esset necessarium, ut aliquo sensu perceperetur: sed hoc non est verum; quia Sacerdos cæsus posset consecrare hostiam ante se positam, quam nullo sensu perciperet. Vnde Sotus, in 4. dist. 9. quæst. 1.

art. 2. testatur se vidisse Episcopum cœcum in Con- *Sup. In*
cilio Tridentino cum licentia Pontificis celebaret; *In*
Terrid in nostro calū, vt patet, nec indiget probatio- *ca*
ne, materia, non videtur satius distans à Sacerdotio, ne- *latus*
officit quod sit clausa in Tabernaculo; qui non est al- *re*
necessus, vt validè consecretur, quod tota distanza de *dist*
inter materiam, & ministrum sit oculis peritus, ita ve- *lillum*
nullum corpus interiectum sit: Et ideo vnum, & *panis*
panis in arca, & in dolio apposita validè consec- *rentur*
rent, modò existant coram Sacerdote, si ipse om- *inem*
materiam consecrabilē sibi moraliter prefe- *re*
tem consecrare intenderet: Nam possunt demonstrari *per*
particulas: Hoc est corpus meum, vel Hic est caile *fus*
sanguinis mei, ergo non est necessus, vt validè con- *secratur*
secratur, quod tota distanza inter materiam consecra- *dam*
& ministrum consecrare sicut oculis peritus, ita ve- *lillum*
nullum corpus interiectum sit. Tum quia, con- *pus*
Ministrum consecrante, non tollit mortalem gra- *duum*
sentiam, & propriissimum potest per illam vocem, Hoc *in Re*
est, vel Hic est, designari, seruata eius proprietate & *significatione*
Ergo. Et idem Iean. Maior in 4. fin. *Sp. In*
dist. 10. quæst. 1. afferuit, validè consecrari à Sacerdo- *te*
hostiam, que sit post parietem. *Sp. In*

2. His tamen non obstantibus, ego certissimo, in casu de quo loquimur, Sacerdotem non solum illicitè, sed etiam inualide consecrasse. Dico igitur, quod in prima materia consecrationis debet esse praesens Sacerdoti, quia verba illa: *Hoc est corpus meum, Hic est caile sanguinis mei*, cum non dicantur tantum nominis, seu historicè, sed etiam formaliter, & silentio, significant ex se rem aliquam praesentem. Et Chisholm ipse ea protulit circa materiam praesentem, quod etiam Ecclesia obseruat.

3. Dubium est autem qualis debet esse etiam di praesentia. Nonnulli putant, materiam ita debet esse praesentem, ut verba consecrationis vel rebus, vel intentionaliter ad eam pertinuant. Sed comnam præterquam quod in nostra sententia, vobiscerdotis non operatur physicè conversionem puni: quoniam sic can perferret, posset ex communione agere in materiam distantem, quam per sonum, aut per speciem illius intentionalem reutur non attingeret. Dicendum ergo requiri, vi materia consecrandæ moraliter si praesens Sacerdoti. Pronomina quippe demonstrativa *Hoc*, & *Hic*, ab aliud prolatæ, & sine alia designatione rei demonstrata, non nisi in materiam validè propinquam, & mortaliter praesentem cadere solent: quare cum forma consecrationis eiusmodi pronomina continant, necesse est ut materia per illas consecranda moraliter sit praesens. Vbi obseruandum est, ad hanc praesentem moraliter, duo requiri: Primi, ut materia secunda physice parum distet a consecrante: Secundi, ut consecrants aliquo sensu eiusmodi materiam percipiatur, vel ratione sui, vel ratione continentis, quia alias per pronomen demonstrativum non possit esse designata, aut quod sub ea latet.

4. Concedo itaque, ut dixi, quod non sit necesse, ut materia ipsa in se videatur, aut videri possit, sed sufficit si videatur in re eam continentem: sed quod requiritur, ut hæc sit talis, quæ ex communione vobis destinari ad eiusmodi res contineendas: ita re visa in his circumstantiis, facilè concipiuntur tale quod in ea contineri. Hinc ostendendo marlopium plenum auro, sitatissimo loquendi modo, & verè dico. Hoc est aurum. Igitur continens, & contentum, quod praesentiam per modum vnius defingatur. Ex his appareat in casu nostro Sacerdotem validè particulas non consecrare, quia dum erant in Pixide, & clausæ in Tabernaculo, materia sacramenti non erat praesens.

sens coram Sacerdote, neque ratione sui, neque ratione continentis: Ergo. Et hanc nostram sententiam in terminis, ut dici solet terminantibus, docet Coninch de Sacram. quæst. 74. art. 2. dub. num. 22. Aversa de Sacram. Euchar. q. 2. fæt. 2. Fillius. tom. 1. tract. 4. cap. 3. n. 99. Bonacina de Sacram. Euch. disp. 4. fæt. 2. pñct. 6. n. 9. & Marchantius in quaestione iust. part. 2. tract. 4. cap. 1. q. 1. raf. 2.

5. Super et modò respondere ad argumenta contraria in principio Resolutionis apposita, & ad primum, Respondeo negando consequentiam, quia, quando particula, hoc, vel hic, ponitur sine circumstantiis eam ad aliud significandum determinantibus (ut sit in forma consecrationis) semper designat rem realiter præsentem. Ad secundum, respondeo negando maiorem, nec enim est necessarium, ut materia actu aliquo sensu percipiat, sed ut possit percipi, quantum est ex parte sua, ut patet ex d. dis. Dico igitur Sacerdotem cœcum validè consecrare posse materiam præsentem, quam coram se habet, quamvis illam non videat. Quia non est necesse, ut materia consecranda, actu videatur, sed sufficit ut sit præsens moraliter, & designetur per particulam: Hoc est. Hic est, quidquid afferat. Nugus in 3. p. tom. 1. q. 74. art. 2. dub. 1. Ad tertium, responderetur, omnia in contenta nihil officere, nam concedo materiam in Tabernaculo positam, non esse nimis distante à Sacerdote; hoc tamen non obstante, non dicitur præsens moraliter, neque potest designari per verba: Hoc est: ex superiori adductis, quia videlicet non est præsens, ratione sui, nec ratione continentis.

6. Exempla vero in contrarium adducta toto celo differunt a casu nostro; nam in dictis casibus, licet materia in se ipsa non sit præsens sensibus, est tamen præsens in aliquo ipsam continentem, quod sufficit, ut dictum est, quia in eo casu per metonymiam secundum quam sumitur continens pro contento, materia potest demonstrari pronomine hoc, vel hic. At autoritatem denique Ioannis Maioris, afferentis posse consecrari materiam existentem post parietem, Respondeo cum Valentia tom. 4. disput. 6. q. 2. pñct. 3. & alii, eius sententiam esse falsam.

7. Verum, licet omnia supradicta ego tenuam, & putem in hoc casu particulas oclausas in Arca, non remansisse consecratas, cogitandum tamen Lectoribus relinquo, ac contrarium probabiliter possit quis afferere; nam Tabernaculum non interponitur inter ministerium consecrantem, & materiam consecrandam, absque illa habitudine ad illam, ut interponitur pars; quare recte sentiunt Doctores citati contra Maiorem, & ut obseruat Ochagavia de Sacram. Euchar. disp. 1. quæst. 6. num. 13. hostia existens post parietem, non dicitur contineri in pariete. Ergo. Sed Tabernaculum in nostro casu, verè continet particulas, & interponitur inter Sacerdotem consecrante, & materiam consecrandam, veluti continens, & conservans illam: Ergo cum habeat rationem continentis, & conservans materiam, non videtur tollere sufficientem moralem præsentiam; vnde negandum est, quod supra tanquam certum admittitur, nempe in nostro casu materiam non esse præsentem coram Sacerdote, neque ratione sui, neque ratione continentis.

8. Et quidem, ego non video, quare panis in arca clausus, sit materia consecrabili, & non particula in Tabernaculo oclausa, cum in utroque casu sit pars ratio, nempe quia continet in se materiam consecrandam, moraliter præsentem, & quia potest designari a Sacerdote per illam vocem, Hoc est.

9. Nec valer dicere hanc doctrinam procedere de immediato, & proximo continente materiam con-

secrandam, ut dicunt Doctores communiter, de Pixide clausa continente particulas; sed, in casu de quo loquimur, Tabernaculum solum continet Pixidem, pixis vero proxime continet materiam consecrandam: Ergo. Respondeo, quod Tabernaculum communiter dicitur consecrare, & continere Sacramentum non obstante, quod Sacramentum sit in pixide. Vel posset quis respondere in nostro casu Pixidem, & Tabernaculum à Sacerdote designari per modum vnius: Ergo poterit valida fieri consecratio, quia hic, & nunc, secundum morale iudicium, materia censetur præsens. Addo, quod si in Altari ponatur Pixis argentea cum particulis tegmine lineo oclusa, vel si in arca claudatur Fiscella panis plena, nonne erunt particule illæ, vel panis materia consecrabili? & tamen nec arca proxime tangit & continet panem, nec tegmen illud ligneum particulas, sed Pixi, & Fiscella: Ergo & in casu nostro erunt materia consecrabili particula in Pixide oclusa intra Tabernaculum. Dicendum est igitur, quod sicut arca & Fiscella, vel Pixis, & tegmen lineum per modum vnius continent panem, & id est materia consecrabili; nam continens, & contentum idem reputantur; sic & in casu nostro, sunt Tabernaculum, & Pixis per modum vnius, continentia particulas; Ergo & illæ erunt materia consecrabili præsens moraliter, & designabilis per pronomen Hoc.

10. Confirmatur haec opinio; nam si particula apposita in Tabernaculo non remanerent consecrata, idem dicendum esset de particulis appositis sub mappa Altaris, vel sub Corporali, vel in Missali; & ita in specie tenet Coninch de Sacramentis quæst. 74. art. 1. dub. 1. num. 22. Ochagavia de Sacram. Eu. b. r. 1. q. 6. n. 13. & Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 4. cap. 2. n. 10. afferentes particulas in Tabernaculo, & lup mappa appositas, non esse materiam consecrabili. Sed Doctores grauiissimi, ut Caspensis in Cursu Theologico, tom. 2. tract. 22. d. p. 2. fæt. 6. num. 5. 6. Candidus tom. 3. disquis. 2. art. 2. dub. 62. & alij, afferunt particulas sub mappa, vel Missali positas validè consecrari. Ergo etiam secundum ipsos de ocluisis in Tabernaculo dicendum videatur. Ideo tu cogita. Et quidem Card. de Lugo perpendens ut reor difficultates ex utraque parte, de Sacram. Euchar. disput. 4. fæt. 7. n. 123. dixit, quod hostia existens in Sacario valde dubium est, an possit consecrari, ergo per Lugum non est certum hostias in Tabernaculo appositas non esse consecratas. Itaque pro praxi, quando casus acciderit, putu dictas particulas assumendas esse à Sacerdote post assumptum sanguinem, ut in casu simili obseruat Gamachæus in 3. p. q. 74. cap. 4.

RESOL. CCXX.

An Sacerdos possit consecrare Hostiam post tergum, vel parietem existentem?
Et quid, si mea Hostia post tergum, si per speculum cerneretur?
Et an panis in Sacario contentus validè consecratur?
Ex quo cursimme infertur, quod ab solito data moribundo in domo inclusio non est valida?
Et queritur, an Hostia sub linceo sit materia consecrabilitio? Ex part. 10. tract. 16. & Miss. 6. Resol. 41. alia 40.

§. 1. **N**on posse consecrari Hostiam existentem post murum, seu parietem, nec hostiam existentem à tergo, si à Sacerdote manibus non tangatur, ex Suarez, Valentia, & alii tradit. Dicastilus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 2. dub. 11. numer.

Sup. hoc pro Hostia existente post parietem, in fine §. 1. Ref. præterita, & in si. 10. eius not.